



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**S. Avrelii Avgvstini Hippo[nensis] Episcopi Et S. R. E.  
Doctoris Vita**

**Lancilottus, Corneille**

**Antverpiæ, 1616**

Cap. LXXI. Canutus Britanniæ rex D. Augustini brachium ex Italiâ in  
Angliam infert.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42857**

is esset. Responderunt illi , Augustinum in editissimis esse locis , de gloriâ sanctissimæ Trinitatis disputantem.

Constat etiam hoc ipso tempore super- *Continuū*  
esse Calari in Sardinâ trabem, quæ diuini- *miraculū.*  
tus excreuit , cùm breuior esset quàm vt ab  
vnâ parte facelli (ædificabatur hoc iuxta di-  
ui Augustini sepulcrū) ad alterum latus ex-  
tendi posset. Ea ipsa trabs in partes quotidie  
diuisa, maximè pro febricitantibus, non im-  
minuitur, nec minimum decrescit; imagine  
reor ac similitudine aliquâ Crucis Domini-  
cæ , ad quam omnem vitam suam Vir san-  
ctissimus composuit , quæ tot in locis dis-  
creta, ac frustillatim à Christianis secta, ni-  
hilominus à tam multis non citra miracu-  
lum habetur.

Cyril. Ie-  
rol. catech.  
10.  
Paulin.  
epist. II.

## CAPVT LXXI.

*Canutus Britanniæ Rex D. Augustini bra-  
chium ex Italîa in Angliam infert.*

**S**v b annum Domini cl. xxvii. Canu- *Guilielm.*  
tus , qui regionibus Angliæ , Daniæ , & *Malmesbu-*  
Noruegiæ imperabat , ex voto quod olim *riensis li. 2.*  
conceperat, Romam est profectus, *Oratum,* *de reb. An-*  
vt ipsem loquitur , *pro redemptione suo-*  
*rum peccatorum* , pro regnorum & subdi-  
torum incolumi statu, nominatim vero, ad  
diui Petri inuocandum patrocinium, Ibi

a 2

cum

cum Pontifice Ioanne XVIII. & Imperatore Conrado, ac Rege Burgundio rebus  
Baron. an-  
no 1027.

compositis, quos ibi cum Principibus aliarum omnium gentium inuenit, redditum parauit, literisque in Angliam praemissis, quibus animalium decimas, & denarium

Romæ S. Petro debitum solui mandat, Papiam pertigit. Quâ in urbe summis preci-  
Philip. Ber-  
gom. in  
Chronic.  
Poly. Vir  
gil. lib. 8  
Fascic. &c.  
Pamphil.  
ex hist. r.  
Anglicanâ  
f. 28

Conuentriam misit, quod ibidem aliquamdiu magnâ credentium est religione cul-  
tum. Is idem uti erat in nos propensissi-

mus, complura ædificauit Augustini monasteria, famamque nostram non mo-  
dicè quaquaversus extendit.

Ceterum D. Augustini corpus Papiæ in  
monasterio nostro, per hæc quoque tem-  
pore summo est in honore, & locum alio-

qui celebrem, maximè illustrem reddit:  
quin vniuersam Italiam (audeo dicere) am-  
plius exornat, quam quidquid in eâ fuit an-

tiquitas rerum spectabilium admirata.

## CAPUT LXVII.

Quædam apparitiones, & miracula  
S. Augustini.

B. Iordan.  
De transfl.  
Ser. 59.

ACCIPE & aliud, Lector optime, miraculum. Vir quidam nobilis patriæ Se-  
nensis, cum summo studio habere vellet parti-